1516.
Morbio 24 (112)

FRANCISCVS Dei gra Francorum Rex: et Mediolani Dux rc: Vniversis et singulis pntibus et futuris notum facimus quemadmodum Comes Joannes Franciscus Somalia, nobis
exposuit se sicuti iustis et rationabilibus causis tenet et possidet Castra oppida Terras et villas Somalie, Sene veteris, Castrinovi Ronchalie, Orij, Sancti Martini, Hospitaleti, Livraghe et pertinentiarum territorij
Laudensis, Rossi et Caneuaghi territorij ducatus seu Civitatis Mediolani, nonnullorumqz aliorum locorum: quorum mentio fit in Donatione sibi per Genitorem suum facta, ac confirmatione seu Investitura feudali
superinde ostensa ad quas digna habeatur relatio, unacum omnibus suis Iuribus Iurisdictionibus adherentijs et pertinentijs quibuscunqz qualitercunqz et quomodocunqz, pro portionibus et quotis predictarum concessionum
pro se suisqz in futurum descendentibus masculis legittimis et naturalibus, eisqz deficientibus, pro legittimis ac naturalibus Agnatis masculis, Salva gradus prerogativa, ac in omnibus et per omnia, Iuxta formam
priorum lrarum, privilegiorum, et concessionum, cumqz predicta etiam in posterum tenere et possidere cupiat. humillime a nobis petijt, ut ipsum Comitem Joannem Franciscum, pro se filijs et descendentibus masculis
legittimis ut supra, et prout supra, in feudum recognoscere velimus, Iuxta formam priorum concessionum et Investiturarum, offerens debitum fidelitatis et homagij Iuramentum prestare, nosqz in Dominum directum
dictorum bonorum et Iurium feudalium recognoscere ac fidelitatem, et alia servitia, causa ipsorum bonorum et Iurium debita, et precessoribus nris in ducatu et dominio Mediolani prestari solita prompto animo exhibere:
Quamobrem nos nobilium ac vassalorum nrorum iura integra et intacta servari cupientes, ac volentes eiusdem Comitis Joannis Francisci, bonum animum et mentem recognoscere, et eius Iura conservare: His atqz alijs
rationibus et causis legittimis adducti, prenominatum Comitem Joannem franciscum, coram Benedilecto et fideli nro Magistro Joanne de Selva, Ducatus et Dominij nri Mediolani vicecancellario, ad hoc per nos commisso
genibus flexis existentem. De predictis Castris oppidis Terris et villis Somalie, Sene veteris, Castrinovi Ronchalie, Orij, Sancti Martini, Hospitaleti, Livrage, et pertinentiarum agri Laudensis, Rossi et Caneuaghi ducatus
et Civitatis Mediolani, omniumqz et singulorum locorum de quibus supra, unacum omnibus suis Iuribus Iurisdictionibus, adherentijs et pertinentijs quibuscunqz, et prout supra, in prioribus concessionibus, et privilegijs suis
contentis, per ensis evaginati traditionem, Recognovimus, et recognoscimus per pntes: et quatenus expediat, per ipsius ensis evaginati traditionem, Investimus, pro se suisqz in futurum descendentibus masculis legittimis, et
naturalibus, eisqz deficientibus pro legittimis et naturalibus Agnatis masculis, Salva gradus prerogativa: et in omnibus, et per omnia, Iuxta formam aliorum privilegiorum et concessionum suarum, ac sub clausulis conditionibz
solemnitatibus et Iuribus, meroqz et mixto imperio, ac gladij omnimoda potestate et Iurisdictione, ac alijs in eis specificatis, et declaratis, quas in presentibus pro expressis specificatis declaratis et repetitis haberi volumus, et sub quibz
ipse Comes Joannes Franciscus, et precessores sui, virtute concessionum, et privilegiorum suorum, hactenus usqz in pntem diem rite et recte tenuerunt et possiderunt, ac tenent et possident, Iure tamen superioritatis, et alio Iure nro
et quolibet alieno semper salvis. Quibus peractis prenominatus Comes Joannes Franciscus, genibus flexis constitutus In manibus prefati Vicecancellarij, Iuravit et Iurat qd a modo In antea, usqz ad ultimum vite sue, nobis
liberisqz et heredibus nris [illegible] rectus et obediens contra et adversus omnem hominem, et nullum cuiuscunqz status condicionis gradus vel dignitatis fuerit, in dominum suum naturalem et Inmediatum ipsorum bonorum
recognoscet nec unqz erit in consilio auxilio favore vel facto, per quod nos in corpore vel in bonis, aliquam patiamur facturam vel contumeliam, Imo Incolumitatem tuitionem honorem status nri conservationem et utilitatem
nram posse tenus procurabit, et contraria facere volentes impediet: et si nequiverit Impedire, nobis vel locumtenenti nro nunciabit, ac nobis, et mandatis nris obediet, omniaqz alia Capitula quecunqz in antiqua et nova fidelitatis
forma comprehensa erga nos, tanqz Ducem Mediolani fideliter adimplebit, et cetera omnia faciet et prestabit, que probi et fideles vasalli debent Principi et Domino suo. Quapropter mandamus benedilectis, ac fidelibus nris cancellº
et Gentibus Senatum nrum Mediolani tenentibus: necnon Magistris Intratarum nrarum utriusqz Camere, Commissarijs Pretoribus baylivis, Referendarijs, atqz subditis nris, et eorum cuilibet, prout ad eos spectabit: ut pdcuz
Comitem Joannem Franciscum, eiusqz filios, et descendentes ut supra, Iuxta solitum, et secundum tenorem priorum Investiturarum suarum, et precessorum suorum, uti et gaudere faciant, et nomine nro Iubeant, de predictis oppidis,
Castris terris, villis et Iurisdictionibus, alijsqz omnibus suprascriptis, et prout hactenus rite et recte usus et gavisus fuit, utiturqz et gaudet de pnti, absqz eo qd ratione dicti homagij non facti, et Iuramenti fidelitatis non prestiti
ei aliquod Inferatur impedimentum: quod si factum esset vel fieret, illud tollant, et removeant. Mandantes Insuper Communitatibus Hominibus et singularibus personis habitantibus, et habitaturis in predictis oppidis Castris
terris et villis, ac pertinentijs, ut ipsum Comitem Joannem Franciscum, filiosqz descendentes masculos et legittimos ut supra, et prout supra, in Dominos, recognoscant, et teneant, eidemqz Comiti et suis, eorumqz officialibz, obediant,
ac debitum fidelitatis et homagij Iuramentum prestent Sibiqz de Intratis et proventibus, Iuxta formam et tenorem dictarum concessionum privilegiorum, et Investiturarum, respondeant, et faciant integre responderi: quoniam sic
nobis placet, et fieri volumus. Que omnia, ut firma et stabilia perpetuis maneant temporibus, sigillum nrum duximus apponendum: Salvo in ceteris Iure nro, et quolibet alieno: Dat Mediolani die ultimo Iunij Millo,
Quingentessimo Sextodecimo: & Regni nri Secundo

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1880224054-16/fragment/page=0001

1516. 30. Julii Juni

Recognitio feudorum concessa F. & fratri suo /
Regem [illegible] Somalie

Morbio 24 (112)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1880224054-16/fragment/page=0002

1516.

Morbio 24 (112)

FRANCISCVS Dei gra Francorum Rex: et Mediolani Dux rc: Vniversis et singulis pntibus et futuris notum facimus quemadmodum Comes Joannes Franciscus Somalia, nobis
exposuit se sicuti iustis et rationabilibus causis tenet et possidet Castra oppida Terras et villas Somalie Sene veteris Castrinovi Ronchalie Orij Sancti Martini Hospitaleti Livraghe et pertinentiarum territorij
Laudensis Rossi et Canevaghi territorij ducatus seu Civitatis Mediolani nonnullorumq3 aliorum locorum: quorum mentio fit in Donatione sibi per Genitorem suum facta, ac confirmatione seu Investitura feudali
superinde [illegible] ad quas digna habeatur relatio, unacum omnibus suis Juribus Jurisdictionibus adherentijs et pertinentijs quibuscunq3 qualitercunq3 et quomodocunq3, pro portionibus et quotis predictarum concessionum
pro se suisq3 in futurum descendentibus masculis legittimis et naturalibus, eisq3 deficientibus, pro legittimis ac naturalibus Agnatis masculis, Salva gradus prerogativa, ac in omnibus et per omnia Juxta formam
priorum lrarum, privilegiorum, et concessionum, eaq3 predicta etiam in posterum tenere et possidere cupiat. humillime a nobis petijt, ut ipsum Comitem Joannem Franciscum pro se filijs et descendentibus masculis
legittimis ut supra, et prout supra, in feudum recognoscere velimus, Juxta formam priorum concessionum et Investiturarum, offerens debitum fidelitatis et homagij Juramentum prestare, nosq3 in Dominum directum
dictorum bonorum et Jurium feudalium recognoscere ac fidelitatem, et alia servitia, causa ipsorum bonorum et Jurium debita, et precessoribus nris in ducatu et dominio Mediolani prestari solita prompto animo exhibere:
Quamobrem nos nobilium ac vassalorum nrorum iura integra et intacta servari cupientes, ac volentes eiusdem Comitis Joannis Francisci bonum animum et mentem recognoscere, et eius Jura conservare: His atq3 alijs
rationibus et causis legittimis adducti, prenominatum Comitem Joannem Franciscum coram Benedilecto et fideli nro Magistro Joanne de Selva, Ducatus et Dominij nri Mediolani vicecancellario ad hoc per nos commisso
genibus flexis existentem De predictis Castris oppidis Terris et villis Somalie, Sene veteris, Castrinovi Ronchalie, Orij, Sancti Martini Hospitaleti Livrage, et pertinentiarum agri Laudensis. Rossi et Canevaghi ducatus
et Civitatis Mediolani, omniumq3 et singulorum locorum de quibus supra, unacum omnibus suis Juribus Jurisdictionibus, adherentijs et pertinentijs quibuscunq3, et prout supra, in prioribus concessionibus, et privilegijs suis
contentis, per ensis evaginati traditionem, Recognovimus, et recognoscimus per pntes: et quatenus expediat, per ipsius ensis evaginati traditionem, Investimus, pro se suisq3 in futurum descendentibus masculis legittimis, et
naturalibus, eisq3 deficientibus, pro legittimis et naturalibus Agnatis masculis, Salva gradus prerogativa: et in omnibus et per omnia, Juxta formam aliorum privilegiorum et concessionum suarum, ac sub clausulis conditionibz
solemnitatibus et Juribus meroq3 et mixto imperio, ac gladij omnimoda potestate et Jurisdictione, ac alijs in eis specificatis, et declaratis, quas in presentibus pro expressis specificatis declaratis et repetitis haberi volumus, et sub quibz
ipse Comes Joannes Franciscus, et precessores sui, virtute concessionum, et privilegiorum suorum, hactenus usq3 in pntem diem rite et recte tenuerunt et possiderunt, ac tenent et possident, Jure tamen superioritatis, et alio Jure nro
et quolibet alieno semper salvis. Quibus peractis prenominatus Comes Joannes Franciscus, genibus flexis constitutus In manibus prefati Vicecancellarij, Juravit et Jurat, quod a modo In antea, usq3 ad ultimum vite sue, nobis
liberisq3 et heredibus nris [illegible] rectus et obediens, contra et adversus omnem hominem, et nullum cuiuscunq3 status condicionis gradus vel dignitatis fuerit, in dominum suum naturalem et Inmediatum ipsorum bonorum
recognoscet, nec unq3 erit in consilio auxilio favore vel facto, per quod nos in corpore vel in bonis aliquam patiamur facturam vel contumeliam, Imo Incolumitatem tuitionem honorem Status nri conservationem et utilitatem
nram posse tenus procurabit, et contraria facere volentes impediet: et si nequiverit impedire, nobis vel locumtenenti nro denunciabit, ac nobis, et mandatis nris obediet, omniaq3 alia Capitula quecunq3 in antiqua et nova fidelitatis
forma comprehensa erga nos, tanq3 Ducem Mediolani fideliter adimplebit, et cetera omnia faciet et prestabit, que probi et fideles vasalli debent Principi et Domino suo. Quapropter mandamus benedilectis, ac fidelibus nris cancellario
et Gentibus Senatum nrum Mediolani tenentibus: necnon Magistris Intratarum nrarum utriusq3 Camere, Commissarijs Pretoribus baylivis, Referendarijs, atq3 subditis nris, et eorum cuilibet, prout ad eos spectabit: ut predictum
Comitem Joannem Franciscum, eiusq3 filios, et descendentes ut supra, Juxta solitum, et secundum tenorem priorum Investiturarum suarum, et precessorum suorum, uti et gaudere faciant, et nomine nro Jubeant, de predictis oppidis,
Castris terris, villis et Jurisdictionibus, alijsq3 omnibus suprascriptis, et prout hactenus rite et recte usus et gavisus fuit, utiturq3 et gaudet de pnti, absq3 eo quod ratione dicti homagij non facti, et Juramenti fidelitatis non prestiti
et aliquod Inferatur impedimentum: quod si factum esset vel fieret, illud tollant, et removeant. Mandantes Insuper Comunitatibus Hominibus et singularibus personis habitantibus, et habitaturis in predictis oppidis Castris
terris et villis, ac pertinentijs, ut ipsum Comitem Joannem Franciscum, filiosq3 descendentes masculos et legittimos ut supra, et prout supra, in Dominos, recognoscant, et teneant, eidemq3 Comiti et suis, eorumq3 officialibz, obediant,
ac debitum fidelitatis et homagij Juramentum prestent Sibiq3 de Intratis et proventibus, Juxta formam et tenorem dictarum concessionum privilegiorum, et Investiturarum respondeant, et faciant integre responderi: quoniam sic
nobis placet, et fieri volumus. Que omnia, ut firma et stabilia perpetuis maneant temporibus, Sigillum nrum duximus apponendum: Salvo in ceteris Jure nro, et quolibet alieno: Datum Mediolani die ultimo Junij Millo
[illegible]

Per Regem ducem
Ad relationem vram
Roncavallus

Vita [illegible]

Contentor [illegible]
Gotardus